

# BULLA



REIVNIORVM, ET SUPPLICATIO

NUM PRO PACE, ET GRATIA.

RVM PROINDE A S. D. N.

PLENISSIME CON.

CESSARYM.



PAVLVS EPISCOPVS SERVVS SERVO-  
RAM DE LA DEVTVRAM REI

MEMORIAM.



**Q**UO IN Statu Republica Christiana constituta sit, & quæ pericula extremæ calamitatis immineant, satis ab omnibus cognosci arbitramur: nō enim solū vno malo premimur, sed multis externis internis mixtis. Hinc enim perpetuus christiani nominis hostis nostris imperiis, ac regnis ditatus, & potentior, ac vicinior iam factus, reliquis afflictæ Christianitatis inhians, dissensiones nostrorū Principum lætus aspicit, neq; aspicit solū, sed fouet, & ad suum lucrum vertit: habet namq; domesticum exēplum occupati hoc astu, & via per maiores suos orientalis imperii, q̄ tunc Græci eodē, quo nūc nos laboramus morbo, hæresibus, & intestinis bellis laborabāt. Illic vero nos (quis extatō Christianorum populorū numero pauci admodum relictī) tū hoc non videntes, tenues virium nostrarum reliquias, assidue inter nos consumimus, & parationes ad prædam reddimus, miscendōq; omnia, ac Deum magis ac magis in dies offendendo, omnem operam damus, vt pericula ipsa satis per se ceruicibus nostris imminencia maturentur, & augeantur: quorum malorum omnium radix, & principiu, quoniam est discordia: ideo nos vsq; ab initio nostri pontificatus hoc per Dei gratiam prouidētes, rectum iter tenere, & æquum patrem nos omnibus præbere studimus: neq; aliquid vnq; omisimus ( quantum in nobis fuit ) quod ad pacē inter Principes Christianos conciliandam attineret, a qua re etsi labores nostri toties antehac incassum suscepti deterrere nos poterant, volētes tamen cū Apostolo Paulo perseverare, dū licet, in omni patientia, & doctrina, nouissime intelligentes Christianos exercitus in hyberna deductos esse, statim nostrum, & Apostolicæ sedis Legatū de latere ad charissimos in Christo filios nostros Carolum. V. Romanorū Imperatorem semper Augustum, & Franciscum Francorum Regem Christianis, iterū pro pace misimus. Verum quum omne datum optimum desursum proficiscatur à patre luminum, & pax speciale donum sit Dei, eam desuper petendam, & orandam censentes, ac considerantes quod ad vnius preces di-

in misericordia non concedit, quod iam aliquando multiplicatis in-  
tercessoribus largitus: & quod per Prophetam conqueritur, quod nemo  
vultus irae precibus, & orationibus se opponeret: nec non edocti in sa-  
bris litteris patres nostros ieiunio, & fletu, ac orationibus diu pura  
fide, & sincera charitate factis, Deum iram sapius placasse, & pro di-  
fidio concordiam, pro bello pacem, & victoriam impetrasse: iuxta  
eo cum multum valeat oratio Ecclesiae assidua, omnes vniuersy se-  
xus Christi fideles tam in alma Vrbe nostra, quae quibuscumque regnis,  
dominiis, prouinciis, ciuitatibus, oppidis, terris, & locis per vniuer-  
sam orbem constitutos requirimus, & hortamur in domino, ut ad  
eundem dominum nostrum se conuertendo, postquam ex publicatione  
per ordinarios locorum facienda praesentium, notitiam habuerint,  
quarta ac sexta feriis immediate sequentibus, orationibus, & elec-  
tissimarum orationibus vacent: & qui aetatis legitimae fuerint,  
nisi iusto impedimento teneantur, saltem die Sabbati sequenti etiam  
ieiunent, interim cordis contritione, & oris confessione suam con-  
scientiam exonerare omni studio procurantes. & si die ipsa Sabbati  
aliam ieiunium ab Ecclesia indictum fuerit, illud aliquanto austerio-  
re victus ratione, & cibi, potusque abstinetia, quae Ecclesiae ritus com-  
muniter, consuevit, pro eiusdem ieiunio obseruent, utque Deum  
sibi magis proprium reddant, die Dominica dictam diem Sabba-  
ti immediate sequenti sacratissimum corporis CHRISTI sacra-  
mentum deuote percipiant, Deum ex intimis cordis exorantes, ut  
calannies populi sui precioso sanguine filii sui sanguine redempti, eadem  
miseratus torporum christiano pacem, vnitatem, & concordiam lar-  
giri dignetur, ut sic eius fideles ab omnibus aduersitatibus liberati  
in tranquillitate gaudeant, & in maiestatis eius deuotum exhibe-  
ant famulatum. Vt autem dictum sacramentum in tranquillitate con-  
scientia recipere valeant, ne ab hoc ex ab iurionis difficultate re-  
trahantur, ne peritiam ut eorum oratione quae personarum in no-  
ad impetrandam misericordiam, & gratiam diuinam bonis, si ac-  
ceptione omnibus & singulis Christo fidelibus sapia dicitur, ut con-  
fessores sibi eligere valeat, presbyteros seculares, vel cuiusvis or-  
dinis regulares, quos confessionibus eorum diligenter auditis, eos, &  
eorum quae libet a quibuscumque eorum peccatis, criminibus, & de-  
lictis quantuncumque grauib, & enormibus etiam sedi apostolicae  
reuerentis, etiam in Bulla, quae in die cenae domini legi consuevit,  
contentis: & a censuris propterea incurtis, prauiam tamen emen-  
datione cum poenitentia, & debita satisfactione hac vice duntaxat

absoluerit, ac pro commissis sibi peccatis salutarem iniunge-  
 re, ac vota quaecumque per eos emissa (Castitatis, & Religionis) vota  
 duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valent, fa-  
 cultatem dicta auctoritate apostolica impertimur. Et insuper, ut  
 eisdem Christi fideles, etiam praesens ecclesiastica ad hoc iudicemus,  
 omnibus, & singulis Christi fidelibus supra dictis, qui praesens ad im-  
 pletur, ac processione in die praesentis iudicandam, & ordinandam in  
 oratione, & absque strepitu, ac contentione ferri, & huiusmodi aduersa  
 valetudine, seu alio legitimo impedimento detenti, huiusmodi pro-  
 cessionem interesse nequeunt, elemosynam iuxta eorum deuotio-  
 nem alicui pauperi Christi, eis bene uolo pie largiri succurrat, uel si  
 indigentes existant, quinque orationem domo sua, & toties salu-  
 rationem angelicam a papa, & felici statu militantis ecclesiae oran-  
 tes deuote recitauerint, de omni peccatis Dei misericordia, ac beato  
 r. Petri, & Pauli apostolorum eius auferat. Confis, plenissimam  
 peccatorum suorum remissionem in domino concedimus, & elax-  
 igimur. Et ut haec omnia ad multorum utilitatem peruenire valeat,  
 simul & misericors dominus a pleribus exoretur, omnibus Patriar-  
 chis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ecclesiarum praelatis, ut q̄  
 primum praesentes litterae ad eorum manus peruenierint, earum sine  
 earum transumptum a quo alicuius praelati, seu personae in digni-  
 tate ecclesiastica constituta subscriptum ubique per eorum prouin-  
 cias, dioceses, vel ecclesias absque ulla fraude, vel quaestu cum gra-  
 tiis, concessionibus, facultatibus, & indulgentiis suis gratis publi-  
 cari faciant, in uirtute sanctae obedientiae praecipiendo mandamus,  
 constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, & aliis contrariis  
 non obstantibus quibuscumque praesentibus postq̄ in urbe, ac ciuita-  
 tibus, & dioc. praedictis publicatae fuerint, aut ad supradictorum  
 Christi fidelium aures peruenierint, & quartae, ac sextae feriae, ac  
 Dominicae dies praefati elapsi fuerint, minime ualituris.

Dat. Romae apud S. Petrum Anno incarn. dom. M. D. XLIII.  
 Quinto Idus Decembris, Pont. Nostri Anno Decimo.

Blo. El. Fulgis.  
 Bi. Motta.